









1704.

11<sup>a</sup>, 6<sup>c</sup>, d. Ludovic; Iac. Frider: De natura et interpretatione  
sporadum / Saecpl 1704 - 1747.

12<sup>a</sup>, b<sup>c</sup>, d. Ludovic; Iac. Frider: De facto factorum a pupillis  
utriusque procedenti. 3 Saecpl. 1704 - 1748

13. Mylius, Christianus Mo: De reservatione hypothecar  
e re vestore facta in securitate pocti rendit.

14<sup>a</sup>, b<sup>c</sup>, d. Mylius, Christianus Mo: De reservatione hypothecar  
e re vestore facta in securitate pocti rendit.

15. Schuster, Joh. Fridericus: De testimoniis principis

16. Schuster, Joh. Fridericus: De turbacione fidei testimonis

17. Schuster, Joh. Fridericus: De crimine gratiae

18. Schuster, Joh. Fridericus: De numeratione praescript  
ionum indecentia.







1704-11  
180 9  
139.  
24  
ige

# DISSE<sup>10.</sup>TATIO JURIDICA DE NATURA ET INTERPRETATIO- NE SPONSIONUM,

Quam  
Deo ter O. M. adjuvante,  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
Dn. FRIDERICO VVILHELMO,  
REGNI BORUSSICI, ELECTORATUS BRANDEN-  
BURGICI ET PROVINCiarum HEREDE,  
*&c. &c.*

IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA,  
PRÆSIDE

Dn. JAC. FRIDER. LUDOVICI,  
J.U.D. & Profess. Publ. Extraord.

PATRONO AC PRÆCEPTORE SUO OMNIOBSERVANTIAE  
*cultu prosequendo,*

Publico Eruditorum examini submittit  
ADOLPHUS LEVINUS HAMMER,

Quedlinburgensis.

die III. Octobr. MDCCIV.

---

HALAE MAGDEBVRGICAE,  
TYPIS CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, ACAD. TYP.

ТРЕАЯТИИ  
О ТАКЕНИИ  
НЕСРОДНИИ

ЛІЧТОВА МІНІСТРІЯ  
ОМІНІЧНОСТЬ  
ІНІЦІАЛІСТЬ  
ІНІЦІАЛІСТЬ

ІНІЦІАЛІСТЬ

ІНІЦІАЛІСТЬ

ІНІЦІАЛІСТЬ

ІНІЦІАЛІСТЬ

ІНІЦІАЛІСТЬ

ІНІЦІАЛІСТЬ

9  
139.  
24  
igē

VIRO NOBILISSIMO, CONSULTIS-  
SIMO ATQVE AMPLISSIMO,

DOMINO


**CHRISTIANO  
FRIDERICO  
SCHARSCHMIDIO,**

SERENISSIMI PRINCIPIS AN-  
HALTINI CONSILIARIO ET SU-  
PREMÆ PRÆFECTURÆ  
QVEDLIMBURGENSIS SE-  
CRETARIO,

*Patrono ac Avunculo suo Parentis  
vice per omnem etatem summo obsequii cultus  
prosequendo*

*Hacce studiorum suorum primitias sacras  
esse jubet*

ADOLPHUS LEVINUS HAMMER



IX  
Editanti mihi, quanam fieri posset ratione, ut animum meum, quo Te, Vir Consultissime atque Amplissime, tacitus veneror, publico quodam documento interpretarer, non meliorem investigare licuit occasionem, quam quæ per Te mihi fuit subministrata. Quum enim illud argumentum dissertandi, quod in ACADEMIA FRIDERICIANA publicè propono, non alio, quam Te Auctore, mihi commendatum habuerim; non inconveniens duxi, si typis idem expressum, Tibi acceptum redderem. Tuisque manibus, id quod nunc ago, humanissime exhiberem. Complures quidem sunt, quæ ADOLPHUS LEVINS HAMM

me

## DEDICATIO.

5

me circumstant rationes, animumque  
compellunt, ut pietatem erga Te meam  
publicè potius, quam seorsim litteris decla-  
rarem; ex quibus hæc non postrema est,  
quod beneficiis Tuis, non semel atque ite-  
rum, neque obscuris illis, sed creberrimis  
& quod multis cognitum est, largissimis  
sum ornatus. Quodsi enim primam re-  
miniscar ætatulam, impetrare à me nequa-  
quam possum, ut ullo modo inficias eam,  
Te post parentis mei fata id egisse, quod  
maiis à parente ac ne tantum quidem pe-  
tere, nedum exspectare poteram: Ean-  
demque benevolentiam, quum fierem  
adultior, & in hunc usque diem, integrum  
mihi, vel, ut verius dicam, miris modis ad-  
auctam conservasti. Proinde quum diu  
multumque optarim, ut mihi quædam  
contingeret ratio, qua possem, quid debe-  
rem. Tuis meritis, in publica luce prædica-

A 3 re,

re, respondet votis meis, quæ jam occasio  
se offert, quam idcirco haud negligendam  
putavi, quod oportuniorem non reperio  
pietati meæ Tibi comprobandæ. Susci-  
pias itaque, Vir Consultissime atque Am-  
plissime, quod à me pròficietur specimen,  
& ex eo, quo sim erga Te animo, bene-  
vole cognoscas: Non enim consuetudine  
tantum Academicorum, sed justioribus  
causis ad hæc me invitari, nemo est, quin  
ex iis, quæ jam commemorata sunt, evi-  
dentissime perspiciat. Ceterum id petitio-  
nis adnecto, ut neque Tuam erga me vo-  
luntatem imminui patiaris, nec de meis offi-  
ciis, aut certe animo paratisimo, ullo mo-  
do dubites: Præcipuum autem in eo repo-  
nam; ut supremo Numini Tuam, Tu-  
rumque salutem, diligentissimis precibus  
commendem. Valeas, Vir Consultissime  
atque Amplissime & quod exhibeo, tere-  
na fronte suscipias.

DIS-



139  
24  
ige

DISSERTATIO JURIDICA,  
DE  
NATURA ET INTERPRETA-  
TIONE SPONSIONUM.

CONTENTA TOTIUS DISSERTATIONIS.

Sponsones iuri Romano non sunt incognitae, quod ex adductis Legibus probatur, §. I. Sponsones per solennem interrogationem & responsonem siebant, unde vocabula sponsonis & stipulationis saepè synonymicè usurpantur, §. II. Adducitur l. 17. S. ult. ff. de p. V. tanquam huic sententiae contraria. Respondeatur ad eandem & ostenditur, tria fuisse sponsonum genera, magis tamen illud usitatum, quod verbis solennibus siebat, §. III. Hodie sponsones nudo pacto fiunt. Quia actio exinde descendat, §. IV. Removentur sponsones Ducum Legatorumve sine populi iussu factæ, §. V. Sponsones in se duplarem habent conditio- nem, qua pendente paenitere nemini licet, §. VI. Dolus alterius ex spondentibus sponsonem reddit nullam. Dolus non adeat, si quis prædictit, le certitudinem rei jam habere, §. VII. Sponsones non modo de rebus futuris, sed de praesentibus etiam & præteritis fieri possunt, nec non de controversis quæstionibus, §. VIII. Sponsio super re probibita est illicita. Memorabilis casus ex Schilttero in hanc rem adfertur §. IX. & deciditur §. X. Illicita est sponsio, quod alter alterum in bibendo, vel edendo superare velit. Adducitur lex obstante l. f. ff. de aleat.

8 DISSERT. JURID. DE NATURA

de aleat. cum resolutione Stracche. §. XI. Refuditur ea & commodior substituitur §. XII. Turpis est sponsio de morte principis, vel liberi homini privati concepta. Notatur Petrus Santeua. statuens, non esse turpe quid, si delictum committendum continet in se bonum publicum, §. XIII. Utrum turpis sit sponsio, quæ super ludo inita? §. XIV. Regula generalis subjicitur §. XV. Questio prejudicialis, utrum ipsæ sponsiones in se considerate rebus permisis, an vero turpibus & prohibitis accendiæ sint? Requisita sponsonum licitarum. §. XVI. In Sponsionibus licet maxima inæqualitas adsit, locum tamen non habet neficium. l. 2. C. de res. vendit. §. XVII. Qui sponsioni satisfacere detrectat, contra illum fit interpretatio, §. XIX. Respondetur Oldecopio §. XIX. Verba in sponsonibus intelligentia sunt in proprio suo & famoso significatu, quæ regula duobus casibus illustratur. §. XX. Recensetur casus aliquis specialis de sponsione super questione: an dentur decem celi? inter duos inita §. XXI. & XXII. Probatio dari decem cælos, §. XXIII. Responso ad argumenta probatōis loco adducta §. XXIV. Sententia Giesenij §. XXV. Rationes decidendi sententia subiuncta §. XXVI. Leuteratio interposta adversus bona sententiam ejusque fundamenta §. XXVII. Exceptiones Leuterationis §. XXIX. Sententia Jenenij §. XXIX. Rationes decidendi §. XXX. Defenditur posterior sententia. Verba explicari debent ex conditione & qualitate personarum §. XXVI. Applicatur hoc ad recensitum casum §. XXXII. Non contrahitur obligatio inter partes, nisi in eandem rem consenserint §. XXXIII. Quid statuendum, si tertius, de cuius adventu sponsio concepta est, propter casum fortuitum vivere impediatur §. XXXIV. Quid si plures equis currant & duo simul metam attingant, sententia Speidelii §. XXXV. Illustratio decisionis Speidelii §. XXXVI. Monitum circa sententiam Speidelii §. XXXVII. Conclusio Dissertationis §. XXXVIII.

§. I. Spon-

ET INTERPRETATIONE SPONSIONUM.

§. I.



Ponsones juri nostro Romano neutiquam incognitas esse, ut quidam existimant, sat multæ Leges evincunt, quæ in corpore illius, ut vocant, deprehenduntur. Si quis sponzionis causâ annulos accepit, nec reddit victori, præscriptis verbis actio in eum competit, est effatum Ulpiani in l. 17. §. ult. ff. de Præscript. verb. Julianus in l. 57. ff. de V.O. hunc casum proponit: Si quis, si Titius consul factus erit, decem dari spondet. Alia exempla in l. 63. & l. 108. ff. de V.O. occurruunt.

§. II.

Quemadmodum vero apud Romanos nudo pæto nullus effectus quoad actionem exinde instituendam tribuehatur, sed omnia solennibus verborum interrogationibus & subsecutis responsonibus munienda erant: ita quoque in præsenti negotio observabant spondentes. Vocabulum enim sponzionis cum voce stipulationis eundem tere significatum habuisse inter alia ex tit. ff. de Sponsalibus & quæ ad leges sub hoc titulo occurrentes in specie ad l. 2. erudite adnotavit Dionysius Gothofredus, liquido adparet. *Sponsas habent*, inquit, *interpositis stipulationibus*. Si post eas stipulationes uxor non dabatur aut non ducebatur, qui stipulabatur, ex sponso agebat. Et paulo post: Non igitur olim siebant sponsalia nudo pæto & inter absentes, nam stipulatio non fit inter præsentes. Ex quo simul nunc intelligi potest, cur sponsalia in l. 1. ff. de Sponsal. per mentionem & repro-

B

missio

*misionem futurarum nuptiarum describantur, mentio enim illa & re promisio nihil aliud est, quam solennis interrogatio & responsio.* Adde, quæ in l. 7. ff. de V. S. scribit Paulus, *sponsio appellatur, non solum, quæ per sponsi interrogationem fit, sed omnis stipulatio promissioque.*

## §. III

Graviter tamen huic nostræ assertioni obstaræ videtur l. 17. §. ult. ff. de P. V. quam mox ab initio in §. 1. adduximus, quippe in qua dicitur, competere actionem præscriptis verbis, si quis sponsionis causa annulos acceperit, nec victori eas deinde reddit. Respondemus, sponsiones ut plurimum verbis solennibus conceptis celebratas fuisse, accidisse vero interdum, ut etiam per modum contractus innominati, accedente statim rei alicujus datione, absque stipulatione fierent, qui casus in cit. l. 17. §. ult. innuitur. Et hinc Benvenutus Straccha de Sponsion. part. 2. num. 1. seqq. tria sponsionum genera recenset: (1.) quod fit depositis penes tertium pignoribus; (2.) quod interposita stipulatione sine rei traditione celebratur, & (3.) quando non solum stipulantur partes, sed & alter alteri aliquid tradit, ut re ita, prout conventum erat, eveniente accipiens rem vel retineat, vel reddat, prout placuit. Secundum genus ex dictis in §. præced. apud Romanos magis frequens fuisse videtur.

## §. IV.

Hodie cum nuda pacta eandem vim habeant, quæ olim solennibus stipulationibus tribuebatur & per consequens illa quoque firmiter obligent, licet nulla rei traditio accesserit; hinc dicta tria genera sponsionum in effectu convenient, & semper conditio ex moribus

139.  
24

ET INTERPRETATIONE. SPONSIONUM. ii  
ribus institui potest. Nec tamen ille peccat, qui vel  
nomen actionis ex stipulatu, vel præscriptis verbis ad-  
hibet, cum in praxi de nominibus vix simus solliciti,  
modò de fundamento actionis constet, atque adeò hac  
parte in gratiam illorum, qui antiquitates amant, fa-  
cili negotio aliquid concedi possit, conf. Lauterbach,  
*Comp. jur. tit. ff. de auctor. in f.*

§. V.

Interim quilibet facile advertit, nobis sermonem  
esse de sponsionibus privatorum, quas sponsiones iudicras  
appellare placuit Brunnemanno ad l.s. ff. de pact. num. r.  
Sponsiones ergò Ducum Legatorum fine populi  
iustu de negotiis pacis bellique factæ in præsenti extra  
sphæram nostram sunt. Collegit de illis nonnulla  
Brunemannus ad cit. l.s. ex protesso autem, ut di-  
cunt, hanc materiam pertractavit Exc. Dn. Thomas  
ius in duabus Disp. Lipsiensibus quarum altera de spon-  
sione Romanorum Caudina, altera vero de sponsione Numana-  
tina inscribitur.

§. VI.

Quod si ergo naturam sponsionum paulò accu-  
ratius consideramus, duplicem iisdem inesse conditio-  
nem & alteram quidem alteri directo oppositam, de-  
prehendimus. Unde sponsiones conventionibus pu-  
ris nunquam accenseri possunt, sed conditionalibus,  
quarum effectus à dubio quodam eventu dependet.  
Ex quo consequitur, quod quemadmodum alias illi,  
qui sub conditione contrixerunt ad expectandum con-  
ditionis eventum obligati sunt, nec conditione pen-  
dente poenitendi facultatem habent: ita à sponsioni-  
bus, quoque non nisi utriusque spondentium contentu-

B 2

rece.

recedere iterum liceat. Adest enim ex promissione  
semel facta jus quæsitum, quod per pœnitentiam alte-  
rius auferri nequit.

## §. VII.

Cum itaque sponsiones conventionis conditio-  
nalis sint species, omnes etiam regulæ, quibus alias in  
interpretatione conventionum utimur, hic applicari  
poterunt. Unde primò tanquam indubitatum sup-  
ponimus: *Dolum alterutrius ex spondentibus sponsonem red-  
dere irritam.* Quemadmodum enim alias nemo ex  
malitia sua actionem confequi potest, v. l. i. pr. ff. de dol.  
mal. ne scilicet hominibus malignis malitia sua sit lu-  
crosa, vel deceptis simplicitas damnosa: ita quoque  
sub prætextu futuri eventus alterum circum venire  
non permittunt Leges. Dolus autem in sponsonibus  
tunc committitur, si unus certitudinem rei, de qua  
ipsi jam constabat, dissimulat eō animō, ut alterum  
nihilominus ad spōndendum & per consequens ad cer-  
tum damnum adiciat. Natura enim sponsonis est,  
ut uterque sit dubius & rem periculo exponat. Di-  
co, si unus certitudinem dissimulat. Ergo, si profite-  
tur, sibi de eventu rei jam constare, de qua rumor in-  
certus circumfertur, alter verò nihilominus sponso-  
nem offert, quod haud raro fieri solet ab iis, qui nihil  
credunt, sed de omnibus dubitant, tunc hic sibi impu-  
tare debet, quod volens sibi damnum accerserit, &  
quoniā volenti non sit injuria, hinc sine dubio spon-  
sio valida erit, conf. Schöpfster. *Synops. jur. priv. tit. de a-  
leator. num. 14.*

## §. VIII.

Ilud hic incidenter notamus, non opus esse, ut  
sponsi-

## ET INTERPRETATIONE SPONSIONUM.

13

sponsiones præcítè de re, qua adhuc existere debet, ine-  
antur, sed subsistere eas quoque, si de rebus jamdum  
præteritis sunt, ita tamen, ut adhuc incertitudo subsit,  
utrum rumor vagus, qui de existentia rei circumser-  
tur, fundamentum in re habeat, annon. Sic sèpè No-  
vellæ res prospere gestas nobis nunciant, quibus ta-  
men indistinctè fides adhibere nequit, nisi confirmatio  
sequatur. Et sic nihilominus tamen incertitudo rati-  
one futuri adest, an confirmatio illa subsecutura sit,  
an minus. Novimus quidem, quod DD. statuant,  
conditiones de rebus jam præteritis & præsentibus  
conceptas nomen conditionum proprie sic dictarum  
non mereri, v.gr. si Urbs ante triduum à nostratis expu-  
gnata, aut, si Titus hodie Consul eligitur, §. 6. J. de V.O.l.  
37. 38. & 39 ff. de reb. cred. nihilominus tamen & in spon-  
sionibus tales conditiones in propriè dictæ admittun-  
tur, cum ex earum natura sufficiat, modo incertitudo  
aliqua adsit, cuius veritatem futuro demum tempore  
addiscere possumus. Idem est si quæstio vel Theo-  
logica, vel Juridica, vel ex alia disciplina movetur, cu-  
jus decisio ex voluntate spondentium vel ex libro ap-  
probato, vel à viro in arte perito expetenda est, cuius  
rei insigne exemplum deinde in medium adieremus,  
vid. Petr. Santerna de Assecurat. & Sponsion Mercator, p. 20.  
num. 26.

## §. IX.

Illud porrò constat, quod quemadmodum  
de rebus prohibitis nulla conventio initur, ita quoque  
sponsiones super negotio illico celebrari nequeant. Perinde  
autem hic est, sive ipsa Lex divina, sive positiva sal-  
tem humana negotiorum aliquod classi rerum prohibi-  
tarum

B3

## 14 DISS. JUR. DE NATURA

carum accenseat. Memorabile simul & jucundum est exemplum, quod in hanc rem adfert JCtus consummatisimus Joh. Schilterus in *Prax. jur. Rom. in foro Germaniae Exerc. 21. §. 23 in not. lit. V.* "Nuper, inquit, in co-  
"vivio quidam Thraso sermonibus in hoc argumen-  
"tum labentibus, nescio an auctoritatem suam jaetans,  
"an stultitia raptus ingentem pecunia summam of-  
"fert, si quis ipsi colaphum impingere sustineret. Nec  
"mora. Invenitur locator tantillæ operæ pro tam  
"grandi mercede & interrogato prius, num serio hoc  
"ageret? Illo vero, porrecta dextra, annuente adeo  
"que solenni quasi stipulatione interposita, insignem  
"sponsori alapam ingerit, ut lede turbatus pavimen-  
"tum verreret. Ille quidem inopinata re tactus in  
"vindictam consurgit, sed nullo alio effectu, quam ut  
"ipse gravius vapularet. Labore peracto petitur pe-  
"cunia promissa.

## §. X.

"Qua exceptione tutum putabimus milerum?  
"pergit Schilterus. Certum utique est, respondet, de  
"tali casu memini JCtorum vel per somnum in men-  
"tem venisse. An turpitudinem subesse dicemus? At  
"qui volenti non fit injuria & alterum morari, mihi  
"non est turpe. Nec jocum obtendere possumus.  
"cum illud ipsum suspicans Parmeno, stipulatione sibi  
"prospiceret. Sententia equidem collegii cuiusdam  
"juridici, quantum audio, hæc de re exquiretur. A  
"veo tamen & tuam mentem audire, si talibus vaca-  
"re potes. (Sententia Schilteri:) Respondi: Spon-  
"sio sustinetur, nisi super subiecto turpi aut Legibus  
"prohibito, quale est hoc loco, injuriam realem in  
"terre

"ferre, Dd. ad L. 108. ff. de V.O. Nec obstat volenti non  
"sit injuria, id enim verum est, nisi velim id, quod  
"jure prohibetur, alterum lacerare. Cui sententiae  
& nostrum adjicimus calculum. Licet enim volen-  
ti injuria non inferatur, pateretur tamen alter,  
hac ratione aliquid injustum. Unde DD. hæc duo  
brobè fecerne conserverunt, *injuriam pati*, & *in-  
justa pati*. Ad crimen scilicet & pœnam sufficit, quem  
injusta passum, ut maxime volens passus sit, si modò  
atrocis quippiam sit, quodque non erat in ejus pote-  
state, dicente Anthon. Matthæi de Crimin. Prolegom. c. 3.  
n. 3. circ. fin.

9

24

ige

## §. XI.

Ex eodem fundamento improbatur sponsio,  
quod alter alterum in bibendo veledendo superare velit. Quæ-  
ro, nquit, Benvenutus Straccha de Sponzion. p. 4. c. 7.  
sunt, qui crapula vel ebrietate delectantur, veniunt  
propria ad sponzionem, quod alter alterum in eden-  
do, vel bibendo superabit, an rata sit sponsio? Pro ra-  
tione dubitandi, eam scilicet validam esse, adducit L.  
fin. ff. de aleat. ubi Paulus pronunciat, quod in convivio  
vescendi causa ponitur, in eam rem familiæ ludere permitti.  
Hanc legem obstantem ita resolvit: Loqui eam, ubi  
alteratio est inter aliquos. Ego enim aliquid affir-  
mo, finge, quod navis quæ ex monte Divi Cyriaci in-  
spicitur, est Gerinorum. Tu negas, deponimus ali-  
quid convivandi gratiæ, & delectationis & vescendi,  
quod etiam sensit glossa in verb. committitur, quæ vescen-  
di gratiæ & delectationis in iudicis vetitis sponziones ad-  
mittit, ait enim, si plura puncta habuerit, amittas por-  
tionem.

16 DISSERT. JURID. DE NATURA  
tionem tuam, & ut vides, licet lex illa in familia lo-  
quatur, DD. vescendi causa & ut supra generaliter in-  
telligunt.

§. XII.

Hæc est resolutio Stracchæ, in qua non tam obscu-  
ritatem stylī, quæ condonari posset, reprehendimus,  
quam potius defectum justæ responsionis desideramus.  
Nec enim, ut videtur, Straccha rationem differentiæ inter  
calum nostrum & eum, qui in citata Lege habetur, cla-  
rè ostendit. Dicit: legem loqui, ubi altercatio est in-  
ter aliquos, ast vero & talis altercatio, qualem innuit,  
inter sponsores deprehenditur. Reliqua rem plane  
non tangunt. Unde forsan ita dicendum: Ludus, ubi  
quid vescendi causa ponitur, medicum nempe, non in-  
vitat ad delinquendum, ut alter plus, quam natura  
necessitas postulat, edere vel bibere obstringantur, sed  
ut saltēm alter pro altero ratam suam solvat, quod a-  
llias etiam volens citra notam turpitudinis facere po-  
tuisse. In casu proposito autem res fecus se habet.  
Quienam follitus est, ut alterum in edendo, vel bi-  
bendo supereret, is certe naturæ necessitatí non studet,  
sed dono Dei, cibo & potu, abutitur etiam cum ma-  
ximo stomachi sui incommodo, quod sine dubio abs-  
que reprobatione fieri non potest.

§. XIII.

Turpem esse sponzionem de morte Principis, vel  
liberi hominis privati conceptam affirmat Petrus San-  
terna de affectu. Spons. mercat. p. 2 n. 7. seqq. ex ratione,  
quia posset tristern eventum post se trahere, ut scilicet  
sponsor insidias vitæ illi strueret, de cuius morte  
sponsio concepta fuit, quam assertionem tunc præci-  
pue

132.  
24  
ige

ET INTERPRETATIONE SPONSIONUM.

17

puè admittimus, si, ut explicat se dictus Autor, ita  
conventum fuit, si isto anno Titum non occideris, promis-  
tis decem? sed quid de eo sentiendum, quod mox subjici-  
cit num. 14. non esse incivile, expedire mortem inimici fidei.  
v. gr. Turcæ? Provocat ad Salyctum aliosque & mox  
subjungit: quod si delictum committendum contingat in se bo-  
num publicum, ut si apponatur mors illius, qui noctumentum  
facit patriæ, valere stipulationem seu sponzionem, sicut sub a-  
liqua non inbonesta conditione. Ergo illicitum putat oc-  
cidere Religionis confortem & Christianum, licitum  
autem occidere infidelem, v. gr. Turcam. Sane, si  
Autor quidam Ethnicus tale quid assenseret, tunc ne-  
quidem viderem, quâ ratione excusari posset, cum of-  
ficia socialitatis ad omnes omnino homines sine diffe-  
rentia Nationis & Religionis spectent. At vero cum  
dicta assertio à ICto, qui Christiani nomen profitetur.  
Procedat, nescio certè quid de ea dicere debeam. Er-  
gone sunt facienda mala, ut exinde prætensum ali-  
quod bonum proveniat? & an hoc conforme est re-  
gulis Salvatoris, qui inimicos pariter ut amicos dili-  
gere præcipit? Sed est hic flocculus doctrinæ Pontifi-  
ciæ, quæ juxta perverfas nonnullorum opiniones &  
hæreticos sic dictos & multò magis infideles, occidere  
permittit, modò bonum publicum, id est, Religio  
Pontifícia, aut si mavis, autoritas & venter cleri exin-  
dc incrementa capiat. Pudeat ICtum verè Christianum  
talia referre, aut relata defendere.

S. XIV.

Eadem ratio turpitudinis apud Romanus sube-  
rat, si super ludo sponzione certaverant nonnulli. Per-  
tinet huc l. 3. ff. de aleat, quæ explicanda ex l. 4. ff. d. t. in  
NA. IX. 2  
C quibus

quibus rebus, inquit Marcianus, (scilicet, si quis certet hastā, vel pilo jaciendo, vel currendo, saliendo, stāndo, pugnando, quod virtutis causa fit, d. l. 4.) ex L. Titia & Publicia & Cornelia etiam sponsonem facere licet, sed ex aliis, ubi pro virtute certamen non fit, non licet. Quæritur: an adhuc hodie ex tali sponsonie non detur actio? Vides, sponsonem tanquam accessorium quid ideo prohibitam fuisse, quia ipsam principale, ludus aleæ, prohibitus erat. Ergo si hic hodie inter res permissas retetur, sine dubio etiam sponsio valebit. Existimo, inquit Illustr. Strykius in Tract. de act. forens. investig. Sez. I. membr. 10. §. 18. ipsam petitionem pecuniae ludo deperditæ & adhuc debitæ hodie in foro locum invenire, cum iudi moribus non amplius prohibiti sint; & quamvis vix doceri possit, consuetudinem: hanc contradicto judicio nunquam fuisse prohibitam, juxta l. 34. ff. de LL. at-tamen eò deventum, ut non tantum in aulis turpe reputetur, si quis ex ludo debitum non solvat, sed & exempla adiunt, ubi Principe mandante solvere necessum habuit ille, qui ludo succubuit, quæ sententia etiam, quamdiu legum civilium observantia in usum non revocatur, injusta dici nequit, ut hinc conditionem ex moribus hic locum invenire posse, concedendum sit. Alia quæstio, est annon melius esset, ut hi mores iterum emendarentur, ubi in sententiā affirmativam libenter transimus ob innumerā, quæ ex ludis redundant mala, quemadmodum etiam allegatos mores corruptos & meritò emendandos vocat idem Vir illustris loc. cit. §. 19.

§. XV. Alli

## §. XV.

Alii casus ex fundamentis moralibus facile decidi possunt, nec opus est, ut plurium recensione Lectori nauseam creemus. Placent hac parte, quæ habet Straccha *d. tract. p. 4. c. II. in f.* Possem, inquit, & super hac sponsione, (si foemina masculum, vel foemina in lucem ediderit) quædam subjecere, & alias sponsiones proponere, quas consulto prætero, cum haberi possint ex variis ff. titulis & maxime *ex tit. de V. O. & reb. dub.* (imo magis ex principiis juris naturæ:) Sat sit & regulam & lumen non modicum tradidisse.

## §. XVI.

Sed quæstio præjudicialis forsitan adhuc restat, *utrum ipse sponsiones in se considerata rebus permisis, an vero turpibus & prohibitis accensendæ sint?* Pro licitis eas communiter habent DD. quod ex professo, ut ajunt, deducit Finckelth. *Obs. 33. per tot. vide, quos allegat Lauterbach Comp. jur. tit de aleat.* Adjicimus quidem illis nostrum calculum, sed simul tamen fatemur, maximos interdum circa sponsiones occurrere abusus, quibus meritò per Leges publicas repagulum objicendum esset. In eo minus illicitæ censentur sponsiones, inquit illustr. Strykius *in not. ad Lauterb. d. loc. voc. licite,* quod tempus hic non æque consumatur, quam in ludis. Nec rixis, execrationibus & homicidiis ansa detur. Alias nulla major justitia est in sponsione, quam quæ in ludo, ut sic eadem requisita hic necessaria sint. Requisita autem illa explicata *in d. not. verb. Pro prohibitis & verb. ejusque heres,* quod scilicet ludens facultatem alienandi habere, quantitas summam 500. solidorum non excedere, & liberi in Legitima læsi esse non debant.

C 2

beant.

139.  
24

ige

beant. Quin verò adhuc magis restringi possit spondentium libertas, nullum dubium est. Unde sapienter statutum in *Ordin. polit. Due. Magdeb. cap. 54. S. 6 in verb.* Wie dann auch kein Richter über sonst zulässige Wetten / so unter Adlichen so. Rthlr. oder Bürgers-Leuten 25. Rthlr. übersteigen/verhelfen soll/unter Bauers-Leuten aber die Wetten über i Rthlr. hiemit verboten werden.

## §. XVII.

Illud interim (abstrahendo à LL. provincialibus certam quantitatem determinantibus & quando de solo foro externo loquimur) per se patet, non opus esse, ut ab utroque spondentium æqualis quantitas promittatur, sed valere sponionem, licet unus triplo vel quadruplo plus ponat, quam alter. Quamvis enim certo jure nitatur, omnem regulariter conventionem ex dispositione & ratione l. 2. C. de rescind. vend. propterea impugnari posse, quod alter ultra dimidium læsus sit; ea tamen assertio toties limitationem patitur, quoties læsio ex incerto eventu dependet, quem ab initio partes præviderunt, vel facile prævidere potuerunt. Facit huc l. 8. S. 1. ff. de contr. emt. ubi Pomponius ita: aliquando tamen & sine re venditio intelligitur, veluti cum quasi alea emitur, quod fit, cum captus piscium, vel avium, vel mūslium emitur: emitio enim contrabitur, etiam si nihil incidenterit: quia spei emitio est, & quod mūslium nomine eo casu captum est; si evidet fuit, nulla eō nomine ex emitio obligatio contrahitur, quia id datum intelligitur.

## §. XVIII.

Quod si alter ex spondentibus ex postfacto Legibus

139.  
24

ET INTERPRETATIONE SPONSIONUM. 21  
bus sponsionis satisfacere detrectat, contra illum, sine  
dubio interpretatio facienda erit. Sponsio enim, ut re-  
liquæ conventiones omnes, ab initio sunt meræ facul-  
tatis, id est, nemo ad illas celebrandas invitatus cogitur.  
Quam primum vero semel celebratae fuerunt, neces-  
sitatis sunt, & uterque ad executionem cogitur. Ne-  
que enim jus quæsumum, quod alter habet, per alterius  
pœnitentiam tolli potest. Pertinet huc calus pro-  
positus à Straccha *cit. trad. p. 4. cap. 15.* Quæro, inquit,  
sponsio facta est inter te & me, finge, in luctando, cur-  
rendo, saliendo, vel hastam jaciendo, aut simili alio  
modo: recusas ad certamen venire, an agere possum,  
tanquam vicerim? Respondi, utique posse, ut dicit  
Accursius *in l. si rem. S. f. ff. prescript. verb. ubi Bartolus*  
idem probat & subdit, si adversarius in certamen ve-  
niret licet facere, quicquid potest, ut vincat & aliis  
succumbat. Idque, addit, scire valde expedit in par-  
tibus illis, ubi singulare certamen admittitur & con-  
fert ad questionis duelli dirimendas, cont. in hanc  
rem *l. 12. ff. de act. emt. ubi Cellus:* Si jactum retis e-  
mero & jactare rete pescator noluit, incertum ejus  
rei æstimandum est; id est, quantum verosimiliter ca-  
pi potuisse, ut addit Gothofred. *in not. ad d. t.* Re-  
terri huc etiam posset effatum Juliani *in l. 24. ff. de cona-*  
*& demonstr. jure civili receptum esse*, quoties per eum,  
cujus interest conditionem impleri, fit, quo minus  
impleatur, ut perinde habeatur, ac si impleta conditio  
tuisset.

§. XIX.

Putat equidem Sigfr. Henning. Oldecop. *in Disp.*  
*de Sponson. §. II. pœnitentia tunc sine dubio locum esse.*

C<sub>3</sub>

quando

quando sponsio per modum contractus innominati inita, quod fieri posse supra diximus; verum enim vero quemadmodum Iusti ianiores in eo conveniunt, quod hodie in nullo contractu innominato contrahentibus posnitere liceat, prout demonstravit ill. Stryk. in *Caut. Contr. Seß. 3. c. 5. §. 4.* & ita quoque nunc idem ad sponsiones per modum contractus innominati celebratas facile applicatur. Pactum enim hodie eandem vim habet, quam olim stipulationi tribuebatur, at vero stipulatio facultatem penitendi quondam excludebat.

## §. XX.

Quod verba attinet, quibus spondentes in sponsione usi sunt, regula interpretandi, quam tradit Putendorffius de *Offic. hom. & Civ. l. 1. c. 17. §. 2.* adhibenda est, quod verba popularia, id est, que indoctus etiam intelligit, regulariter intelligenda sint in proprio suo & famoso significatu, quem ipsis imposuit non tam proprietas aut analogia grammatica, aut derivationis conformitas, quam popularis usus, quem penes arbitrium est, & jus & norma loquendi. Pertinet hoc exemplum, quod adducit Lauterbach. in *Comp. jur. tit. de aleat. in f.* ubi duo sponsione certaverant & alter quidem dixerat, daß der Stadt-Schreiber zu N. wedder schreiten noch lesen könne / quod paradoxum videbatur alteri. Hic verum est, quod adducta verba duplē sensum habere possint, negativum scilicet, quod scriba literarum prorsus nullam scientiam habeat, & affirmativam, quod nempe particulam: Wedder scribere, & particulam: Noch legere posit. Sed negatus interim popularis est, quem propterea intendit censentur spondentes, nisi aliud expresse dixerunt. Ita si duo

ET INTERPRETATIONE SPONSIONUM.

23

Si duo super hac re sponzionem celebrent: Caius seye  
ein guter Mann / er lasse einen jeglichen bey seiner Frau  
en schlaff n/ tunc sensus popularis, Caius lasse einen jes-  
den bey seiner / des Caii/ Frauen schlaffen/ est frequen-  
tior, alter autem, er lasse einen jeden bey seiner eigenen  
Frauen schlaffen/ mit welcher er vertrauet ist/ non adeo  
popularis est, & sic contra eum, qui hunc intendit,  
pronunciat. Interim libenter concedimus, ejus-  
modi sponsiones, quæ passim inter homines frequen-  
tantur, sæpe esse scandalosas & sic merito disluaden-  
das. De similibus idem esto judicium.

S. XXI.

Lubet hac occasione casum aliquem singularem  
subjicere, qui nobis præcipue anfam dedit, præsentem  
Dissertationem conscribendi & cuius interpretatio at-  
que decisio itidem ex principiis haec tenus adductis de-  
sumenda. D. R. Civis Qu. prævio Colloquio de non-  
nullis materiis tandem querit ex Ruricola quodam  
D. M. quotnam sint cœli & offert simul sponzionem  
hoc modo, te velle probare, quod decem cœli dentur.  
Ruricola contradicit. Tandem initur sponsio in hunc  
modum: Wann D. R. entweder aus der Bibel/ oder  
sonst einem Buch / welches unserm Glauben und der  
Gottlichen Schrift gemäß/ beweisen würde/ daß zehn  
Himmel seyn / so wolt D. M. 20. Ñthlr. verspielt ha-  
ben. Wann er aber solches nicht thun könnte / so wolte  
und sollte D. R. ohne einige Wieder-Rede ihm D. M. 20.  
Ñthlr. zu geben schuldig seyn.

S. XXII.

Præterlapsò fere spatio trimestri à tempore ini-  
tæ sponzionis, intra quod tempus D. R. veritatem ad-  
sertio-

24

9

ige

## 24 DISSERT. JURID. DE NATURA

certionis sue probare cessaverat, alter D. M. actionem in judicio instituit, factum narrat, subjuncto petito, ut D. R. ob non impletum promissum ad solutionem XX. thal. condemnaretur. Facta communicatione hujus libelli D. R. fatetur quidem, rem ita se habe-re, prout eam recensuerat D. M. addit tamen, quod cum terminas aliquis peremptorius a spondentibus non fuerit determinatus, via probandi ipsi praeculti nullus ratione juris posit, quippe cum haec sit favorabilis & iudex ad ejus exclusionem facilè properare non debeat.

## §. XXIII.

Accingit itaque se ad probationem assertionis sue D. R. rationem principalem ex M. Andr. Reyheri *Synopsj. Sphær. part. gen. th. 15.* petens, qui decem coelos dari statuit, addendo, hunc Autorem non solum approbatum Philolophum, sed simul etiam Theologum esse, in qualem compromiserant spondentes. Illustratio-nis gratia subjungit, S. scripturam huic Reyheri hypothesi non contradicere, cum coelorum in plurali in plurimis ejus locis mentio iniiciatur, in quem finem in præcipue loca *Deut. 10. v. 14. 2. paral. 2. v. 6. C. 6. v. 18. 1 Reg. 8. v. 27. Ephef. 4. v. 10.* addoxit.

## §. XXIV.

Regerit verò ad haec & adlata argumenta ex eo infringere nititur D. M. quod Reyherus, tanquam Philolophus, non de celo ipso, sed solum de sphæris cœlestibus loquatur. Addit: adducta scripturæ loca esse extra limites sponsionis. Loqui siquidem ea de celis indeterminate, sponsionem autem determinatè conceptam esse. Præterea probationem non ex libro Philo-

Philosophico aliquo, sed ex scriptis orthodoxorum Theologorum desumendam esse, cum Philosophia a Theologia sine, objecto & principiis cognoscendi differat, in quem finem aliquot libellos morales adducit. Concludit, ipsum Paulum monere, ne per philosophiam seducatur, *Coloss. 2. v. 4.*

## §. XXV.

Quæ porrò inter Partes disputata fuerint, adducere supersedemus, cum, ut interdum fieri solet, cramben bis coctam solummodo exhibeant. Hoc saltem addimus, quod postquam acta ad Collegium Ju-  
ridicum in Universitate Giessensi transmissa fuerunt, hæc sequentem in modum causam controversiam di-  
rimere voluerit. In Sachen D. M. Imploranten an  
einem/ entgegen und wieder D. R. Imploraten am an-  
deren Theil eine getroffene Wette in Actis benannt be-  
treffend erkennen - - - auf eingeholten Rath  
fremdder Rechtsgelehrten und allem einbringen nach  
vor Recht / daß implorate dasjenige / was er in der ge-  
troffenen Wette zu erweisen übernommen / zur Noth-  
durft behauptet / und implorat dannenhero schuldig  
zo. Rthlr. demselben zu bezahlen / V. R. W.

## §. XXVI.

Rationes decidendi ad instantiam partium senten-  
tiae subjunctæ his argumentis superstructæ fuerunt.  
Implorant sagt selbsten in seinem Libell, daß er mit Im-  
ploraten dergestalt umb zo. Rthlr. gewettet / wann im-  
plorat aus der Bibel/oder sonstien einem Buch:/welches  
unsern Glauben und der Göttlichen Schrift gemäß er-  
weisen würde / daß zehn Himmel wären: Behauptet  
auch / daß diese Wette super re honesta & modica auf-

D

richtig

9

24

ige

richtig getroffen / und dannenhero und zwar nicht unbillig pro sponsione valida zu halten / per textum in l. si gratuitam. 17. §. 5. ff. de P. V. dum verlatur circa rem, de qua disponere penes utrumque spondentium fuit , arg. l. 21. C.Mandat. adde Carpzov. Jurispr. forens. P. 2. Const. 19. Def. 18. Speidel. in notabil voc. Wetten. Weshalb et iudicis officium imploriret und Mandatum de solvendo cum clausula begehret und erhält. Ob nun wohl der numerus Cælorum bey denen Astronomis præcise noch nicht ausgemachet / uti multis docet Ricciol. in Almag. nov. l. 9. Sect. 3. cap. 1. dieweil aber Implorat ein mehreres nicht / als aus einem Buche / so dem Christlichen Glauben und der Göttlichen Schrift gemäß / den numerum Cælorum zubeweisen übernommen / Er auch solches aus Reyheri Synopsis Sphaerica und Jacobo Horstio zur Notwendigkeit beigebracht / und die hypothesis de numero Cælorum denario sorsten von berühmten Astronomis statuaret wird / wie aus denen Tabulis Alphonsinis , Purbachio , Regio- Montano und andern mehr zusehen ; So dann was Implorant dagegen nun mehr einwenden will / als ob der Beweis aus der Bibel / nicht aber aus den Astronomischen oder Philosophischen Büchern geschehen solle / seinen eignen Worten in seiner Imploration zu wieder / darbeneben auch ohne das die Philosophischen Bücher dem Christlichen Glauben und Heil. Gottl. Schrift nicht ungemäß / sondern diese zum öffern ad Astronomiam & librum Naturæ nicht allein sich bezichtet / sondern auch zu deren excolirung selbst Anweisung thut / vid. Hiob. XXXV. v. 5. c. IX. v. 8. & 9. c. XXXVIII. v. 31. seqq. Psalm. VIII. v. 4. Psalm. XIX. v. 1. & 2. Amos. V. v. 8. &c. über diß Implorant sich seif  
seien

## ET INTERPRETATIONE SPONSIONUN.

27

sten zu zuschreiben hat / daß Er ohne Noth und ex amore lucri diese Klage erhoben / und die Wette urgiret ;  
 Als ist er Imploranten die verwettete zo. Athlr. zu bezahlen schuldig / und dazu billig zu verdammen / auch zur Zahlung executive anzuhalten / tam per supra dicta , quam per regulam juris *in L. i. §. 1. ff.* Quod Jusque juris in alterum &c. Publicata est hæc sententia Quedlinburgi d. XVI. Decembr. A. MDCLXXXI.

## §. XXVI.

Auctor per hanc sententiam non leve gravamen sibi illatum esse existimans , remedio Leuterationis e- andem à viribus rei judicatae suspendit , in justificati- one Leuterationis præter argumenta jam ante addu- cta ulterius & principaliter quidem ursit Leuterans , non respxisse Judicem ad statum personarum , quæ sponzionem inierunt . Fuisse has homines scientia- rum mathematicarum , & physicarum imperitos , qui per vocabulum Cœli non sphæram cœlestem , sed se- dem Dei & beatorum post mortem intelligunt . No- mina decem cœlorum Jovis , Saturni , Martis , Solis , Veneris , Mercurii , Lune , &c. esse inventa Ethnico- rum & nuda entia rationis , in dergleichen Himmel aber verlange Leuterant nicht / &c.

## §. XXVIII.

Regessit Leuteratus : Sponzionem in genere fa- etiam esse de cœlis , non autem in specie de cœlo bea- torum : Qualitatem personarum non esse attenden- dam , cum & hominibus plebejis diversæ cœlorum spe- cies cognitæ sint , v. gr. der rothe/ gestirnrete Woldken- Himmel : Et quamvis nomina diverrorum cœlorum ab Ethnicis originem suam ducant , rem tamen in se

D 2

esse

9

24

ige

esse certam & non valere illationem : nomina à Gentilibus inventa sunt, Ergo res ipsa in se falsa est & rejicienda, cum & in aliis plurimis disciplinis termini technici a Gentilibus proficiscentes habeantur, qui tamen veritati rei non officiant, &c.

## §. XXIX.

His ita in utramque partem iterum disputatis publicata est sententia d. X. Maji MDCLXXXIII. à JCris Jenensibus concepta sequentis tenoris, Uff Leiterung und ferneres rechtliches Einbringen in Sachen D. M. Leuteranten und Klägers an einen / D. R. Leuteranten und Beklagten am andern Theil erkennen auff eingeholten Rath der Rechtsgelahrten vor recht: Numehro aus denen Aleten so viel zu besind/ daß die angestellte Klage nicht statt habe/ und die auffgewandte Unkosten zu compensiren und gegeneinander aufzuheben / V. R. W.

## §. XXX.

Rationes decidendi, quantum ad ipsam causam principalem, ita breviter conceptæ fuerunt; Weiln aus allen Umständen und der Partheyen Einbringen so viel erscheinet/ daß bey der Wette Kläger durch den Himmel Sedem Beatorum hingegen Beklagter die Spheras coelestes verstanden habe/ als ist inutiliter stipularet worden/ ut proinde nulla contracta sit obligatio, nec consequenter actio oriri posit, §. si de alia re. 22. J. de inutil. stipul. quia stipulatio ex utriusque consentiu perficitur, neque sufficit consensus in nomen, sed oportet consentire in eadem rem, cum error in materia, in substantia, vel in corpore vitiet contractum, l. 9. pr. ff. de hered. inst. Mantz, in Comm. ad d. §. 22. j. de inut. stipul.

## §. XXXI

## §. XXXI.

Habes duas sententias sibi e diametro contrarias prout alias in Processibus quotidiè fieri solet. Quid nunc statuendum? Nobis posterior placet, quæ etiam inter partes, quantum nobis constat, jus fecit. Nititur quippe illa justis interpretationum regulis. Audiamus Excell. Thomasium in *Jurispr. div. l. 2. cap. 12. §. 66. & 67.* conjectura, inquit, interpretandi voluntatem obscuram est, quæ ex qualitate personarum desumitur. Nam sèpius verba dubia exponenda erunt secundum conditionem, aut dignitatem personæ, quæ loquitur, aut ad quam sermo dirigitur. Ita si *Studioſus* alicui universas chartas reliquerit, libri debentur, quamvis alias sub chartarum nomine proprie libri non comprehendantur. Ita, si quis *dotem* promiserit aut *alimenta* reliquerit alteri, determinanda erunt utrobique secundum conditionem & dignitatem personæ, cui relinquuntur, aut promittuntur.

## §. XXXII.

Hæc sana principia ad præsentem nostrum casum quam optime applicari poterunt. Est certe extra duum, quod, quando inter Eruditos & præcipue eos, qui principia mathematica & physica callent, de cœlis sermo miscetur, vocabulum Cœli non denotet præcise sedem beatorum, sed certam sphærām coelestem; sed Ruricola hic significatus plane incognitus est. Sponsio autem, de qua hæc tenus, cum Ruricola inita erat. Aut ergo alter eundem significatum in mente habuit, aut non. Si prius, res adhuc clarior est, quia uterque de cœlo, tanquam sede beatorum locutus est, unde etiam dixit D. M. Er verlange in solchen Himmel nicht;

Sin posterius, D. R. obligatus fuisset, ut significatum, quem in mente habuit, alteri tanquam homini imperito explicaret, quod dum non fecit, injuste fecisse presumitur.

## §. XXXIII.

Deinde etiam ex principiis juris notum est, quod, prout adducebatur in rationibus decidendi posterioris sententiae, nulla obligatio inter partes oriatur, nisi in eandem rem consenserint. Ergo, si D. R. per vocabulum cœli sphærām cœlestēm intellexit, prout hoc in Actis p̄ se fert, D. M. autem sedem Dei & beatorum, quod p̄tendit & cum maxima quidem probabilitate ob imperitiam literarum, nulla adest convenitio, nec obligatio. Quod enim voluit D. R. illud D. M. non intellexit, & quod D. M. intellexit, illud D. R. in mente non habuit.

## §. XXXIV.

Hæc de adducto casu. Duas adhuc quæstiones subjiciemus ad illustrationem thematis nostri non pa-  
rum facientes: Unam habet Christoph. Besoldus *in th. p̄ad. voc.* Wette / quam sequentem in modum proponit: Wann einer wettet / dieser oder jener werde nicht auff eine Hochzeit kommen / und selbiger verhindert wird casu, vel vi majori, queritur: Wers gewonnen? Vide-  
tur dicendum, respondet, es habe der / so gewettet / Et  
werde kommen / mehr auff voluntatem & propensam ve-  
niendi inclinationem gesehen. Pro negante militat,  
addit, daß selbiger auff das factum sein Abschen gewon-  
nen / quid futurum sit, non quid voluerit. Sic, si quis  
spondet, si navis ex Asia venerit, non inspicitur, an po-  
querit, vel voluerit venire, sed an venerit, vel non. Con-  
senti-

139.  
24

ET INTERPRETATIONE SPONSIORUM. 31  
sentimus cum Besoldo, quamvis in materia ultimarum  
voluntatum quoad conditiones potestativas dissensus  
fuerit inter antiquos ICtos, de quo vid. Excell. Thoma-  
sius in *Diff. Lips. de filio, sub condit. si se filium prob. instit. cap. 2.*  
§. 25, sed illa quidem in prælenti ad nos non pertinent.

§. XXXV.

Alteram quæstionem proponit Joh. Jac. Speidelius  
*in Speculo voc. Wettrennen.* Quæritur, inquit, si plures e-  
quis currant ad bravium, (quod vulgo apud nos Wett-  
rennen sive reiten vocatur,) & duo simul ad illud deveni-  
ant, sic ut ambiguum sit, quis eorum prior, vel posterior  
fuerit, quis lucretur? ac respondetur, quod tali in casu  
neuter eorum bravium, oder das Gewett / consequatur,  
sed denuo, & quidem non illi tantum duo, sed  
omnes currere debeant, ex quo enim nemo illorum  
vincit, ac nemo aliorum vicius est, ut ista notanter ad-  
modum & pulchre firmat Franciscus Vivius *Opin. 84. in*  
*pr. incip. currentibus* qua tamen in re quid in usu, vel obser-  
vantia sit, merito inspiciendum & considerandum: ete-  
niam fere ubique locorum observatur, quod ii, qui pa-  
res sunt, iterum certent & currant, daß sie Wiederlauf-  
sen lassen / usque dum unus vel alter vincat.

§. XXXVI.

Quæ resolutio, ita pergit Speidelius, commode  
applicari potest secundum Nicolaum van der Hooch  
*in singul. juris singul. 29. ad Collegia Sagittariorum nostro-*  
*tum, deo Schützen-Brüder / qui solennibus diebus ex*  
*more & consuetudine antiqua volucrem depictam,*  
*trabe elevatam, vel aliquid simile telis solent impete-*  
*re, certo ei præmio constituto, qui illam dejecerit.*  
Accidit enim interdum, ait, in magna illorum tre-  
qven-

32 DISS. JUR. DE NATURA ET INTERPR. SPONS.  
quentia & assidua telorum ejaculatione, ut duo simul  
attingentes avem ligno deturbent. Isto & similibus  
eventibus dubitatione oborta, quid sit juris ex prædi-  
cta assertione, controversia poterit laudabiliter & cum  
singulari fundamento determinari, &c. circa quam  
tamen materiam iterum, quid in usu vel observantia  
sit, considerandum puto. Hæc tenus Speidelius.

§. XXXVII.

In eo sententiæ Speidelii nostrum adjicimus cal-  
culum, quod ex illis duobus, qui simul ad metam per-  
venerunt, nemo pro victore habendus sit, sed hi ite-  
rum currere debeant. In eo tamen ab eo dissentim-  
us, quando subjicit, non solum eos duos, sed omnes  
iterum currere debere. Falsa enim est ratio, quam  
habet, quod nemo aliorum vicitus sit. Imò victi sunt o-  
mnes reliqui ab hisce duobus. In relatione vero ho-  
rum duorum ad se invicem nemo vicit, nemo vi-  
ctus est. Et hoc collimare censemus, quando dicit,  
quod juxta observantiam ii, qui pares sunt, iterum cur-  
rere & certare debeant, ergo reliqui iterum non cur-  
runt, nec certant, à præmio siquidem, vel, ut loqui-  
tur Speidelius, à bravio, jamdum sunt exclusi.

§. XXXVIII.

Hæc in præsenti testimonante calamo adduxisse suf-  
ficiat. Qui materiam ipsionum methodo vulgari  
pertractatam ejusque etymologiam, homonymiam,  
causam efficientem, materiam, formam, finem; effe-  
ctum, affinia & contraria, legere desiderat, is Disputa-  
tionem sub Præsidio D. Schröteri Jenæ A. MDCLXVII  
habitam conferat. Nobis quidem in præsenti  
istæ deliciae non placuerunt.

F I N I S,

\* (33) \*

Ad

DOCTISSIMUM RESPONDENTEM

Adlocutio

P R A E S I D I S .

Ulti sunt ex numero Studiosorum, qui cathe-  
dram ascendunt, sed non omnes eundem sco-  
pum habent, nec eodem modo res ipsis succe-  
dit. Sunt nonnulli, qui inter pocula, in lupa-  
naribus, ejusque locis aliis ad corruptionem innocentis ju-  
ventutis à flagitiosis hominibus adaptatis tempus & num-  
mos, interdum etiam sanitatem ipsam consumferunt, &  
qui deinde tamen, ut etiam docti & probi videantur, no-  
men luum Dissertationi publicæ præponi currant, ubi in  
conflictu, si audaces sunt, clamoribus & vociferationibus  
nihil significantibus, si verò timidiores, tacendo tempus  
contumunt, perinde habentes, sive eruditionis, sive igno-  
ranciae tuæ publicum specimen edant. Alii verò, qui bo-  
nis literis sedulam, ut decet, navarunt operam, ea inten-  
tione in conspectum virorum doctorum publicè prode-  
unt, non ut vanam gloriam captent, sed ut vires suas ex-  
plorent, utrum scilicet, postquam thesin probè imbibè-  
runt, ad argumenta dissidentium promptè respondere ea-  
que modestè refellere valeant, id quod tandem jure me-  
rito specimen eruditionis vocari potest, etiam si Respon-  
sito specimen eruditionis vocari potest, etiam si Respon-  
sito specimen eruditio-

E

cimi-

139.  
24

ige

cimini bus, ut vocantur publicis in locis ab Academiis remotis non semper fides, habeatur, sed in Saxonia aliisque locis ille, qui in Advocatorum numerum recipi vult, se præterea adhuc examini Judicis submittere teneatur. Tu, præstantissime HAMMER, in præsenti etiam cathedram publicam in Academia nostra adscendis, sed qua intentione, quo successu? Exigit hic veritas, exigit conscientia mea, ut in gratiam eorum, quibus post Deum ad rationes studiorum tuorum reddendas obstrictus es, nonnulla commemorem, quæ veritati consentanea sunt. Vixisti apud nos per triennium, & præter Collegia Virorum Excellentissimorum, qui huic Academiæ famam conciliant, etiam meas scholas tam publicè, quam privatum, ubi integrum cursum juris privati pertractavi, ita vere diligenter frequentasti, ut in Collegio examinatorio, cui per hanc æstatem interfueristi, deprehenderim, Te & corpore & animo in Collegiis præsentem tuisse & exinde uberrimos fructus in futuram utilitatem collegisse. Vere itaque eruditio nis specimen vocari poterit, quod nunc circa abitum tuum ex hac Fridericiana edis, & quamvis propter abusum disputationum, de quo ante dixi, non omnes te præterea pro eruditio n haberent, quod disputationaveris, iisdem tamen & aliis occasionibus satisfacere facillime poteris. Nullum ergo mihi hæret dubium, quin Te Avunculo tuo, Viro consultissimo, cui præsentem Dissertationem tuam inscripsisti, ut & omnibus patronis tuis de meliori commendem. Vale, & in posterum etiam res tuas bene age. Dabam in Academia Fridericiana d. XXX. Septembr. A. O. R. MDCCIV.

Mein

137.  
24

9  
ige

**M** Ein Freund ich schreibe hier kein falsches Lob,  
Gedichte/  
(Denn meine Feder ist zu solchem nicht ge-  
wehnt)  
Ein wahrer Tugend-Glanz eilt jedem zu Gesichte /  
Ein Demant (weiß man wohl) hat keinen Schein  
Nicht / wie die Farbe / die ein Jahr Gemählte schmücket /  
An dem des Meisters Kunst das meiste hat gethan /  
Denn Farbe / ob sie schon ein blodes Aug entzücket /  
Sicht Klugheit und Verstand doch mehr die zeich-  
nung an.  
Nicht / wie der Hammer / den ein kluger Künstler führet ;  
Dann geht derselbe schon mit Gold und Silber um /  
So ist doch allzusein / dass dieses ihn nicht zieret /  
Und seinen Schlacken Werk giebt unverdienten  
Herr Hammer zeiget hier Er sey ein ander Wesen /  
Und Ihm gefalle nicht dergleichen falscher Schein /  
Drum hat Er andern Grund zu seinem Ruhm erlezen /  
Kein Schlack und Schatten-Werk will ihm gefäl-  
lig seyn.  
Diss lehren mich gewiss die ungemeinen Proben /  
Die sein gelehrter Geist hier rühmlich von sich giebt  
Doch soll ein schlechter Kiel denselben können loben ?  
Nein. Denn der darf es nicht / den Klug- und Weiß-  
heit liebt.

Dieses sezte seinem werhesten Freund und Gön-  
ner wohl meinend hinzu

Friedrich Johann Voigt/  
LL. Cultor,

E 2

Nil

**N**IL TIBI scribo, nihil chartacea pignora profund  
His, quos jam junctos foedus amoris habet

**I**ch schreibe nichts. Mein Freund wird doch genugsaum  
wissen.

**I**ch schreibe nichts. Mein Freund hat schon ein sichres  
Pfand.

Ists nicht genug? Ich will mit diesen Worten schliessen:  
Die Freundschaft (weist Du wohl) ist bey uns Pfand und  
Hand.

Dennoch erlaubest Du noch einen Schluss zu sehen /

So nimm ein schlechtes Wort in diesen Zeilen an /

Ich hoffe mich an Dir unzehlig zu ergezen /

Wann mir der Wunsch gelingt / den ich vor Dich gehan /

Mich dünkt Du hast in Hall mit mir Dein Loton\* funden /

Der Weisheit süsse Kost hat Dich bereit verwehnt /

Doch überzeigen Dich die jetzt beglückten Stunden /

Nach welchen sich Dein Geist längst inniglich gesehn /

Allein ich glaube dich soll nur ein Anfang heissen /

Denn Dein erpichter Fleiß legt solches an den Tag /

Wohl dem den Ewigend läßt mit dieser Hoffnung speien ;

Dich soll der Anfang seyn / die Cronen folget nach /

Unedel / Edel Blut / ist zwar von gleichen Farben /

Allein der Unterscheid ist dennoch wohl bekannt /

Doch wer unedel ist darff darum wenig darben /

Weil Ewigend nur allein wird adelich genannt /

Wohlan geneigter Freund / den diese Hoffnung nehret /

Läß Deinem Vorsatz nur den ungefährten Lauff /

So bleibt Dir die Cron der Ewigend unverwahret /

So leget Themis Dir einst ihren Adel auff.

Dieses setzte geneigt anbey des Zn. Respond.  
ergebener Oppon. und beständiger Freund

\* Plin. L. XXIII. c. 17. & L. XXI. c. 17.

A. J. G. DIEZ, LL. St.






**ULB Halle**  
001 871 366

3



56





B.I.G.

Black

White  
3/Color

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

DISSERTATIO JURIDICA

DE

# NATURA ET INTERPRETATIO. NE SPONSIONUM,

Quam

Deo ter O. M. adnuente,  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. FRIDERICO WIL-  
HELMO,

REGNI BORUSSIÆ, ELECTORATUS ET PROVIN-  
CIARUM HEREDE, ET RELIQUA,  
IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA,

PRÆSIDE

DN. JAC. FRIDER. LUDOVICI,  
J.U.D. & Profess. Publ. Extraord.

PATRONO AC PRÆCEPTORE SUO OMNI OBSERVANTIAE  
cultu prosequendo,

Publico Eruditorum examini submittit

ADOLPHUS LEVINUS HAMMER,

QUEBLIMBURGENSIS.

ad d. III. Octobr. MDCCIV.

Typis CHRISTOPH. ANDREAE ZEITLERI, Acad. Typogr.

